



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 89. Censura Facultatis Parisiensis de confessione, & Communione  
Paschali

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæc. XVI.  
A.C. 1520.

§. LXXXIX.

*Censura Facultatis Parisiensis de  
confessione & Communione  
Paschali.*

Dupin. Bibl.  
Script. to. 13.  
p. 211. Sæc.  
XVI.

Eodem hoc anno Theologica Parisiensis  
Facultas avitæ suæ doctrinæ circa  
Paschalem communionem tenacissima  
quatuor proscripsit propositiones, in qui-  
bus dicebatur, I. Religiosi Ord. S. Fran-  
cisci proprii sunt Sacerdotes, apud quos  
Paschatis tempore absque Parochi licen-  
tia peccatorum sordes expiare licet. II.  
Parochi tenentur S. Synaxin distribuere  
quibuscunque accedentibus, etiam si in eo-  
rum Parochia crimina sua non expo-  
suisset. Has igitur propositiones Facul-  
tas damnabat velut falsas, & scandalo-  
sas, præter aliam, qua asserbatur, obla-  
tiones non nisi tribus aut quatuor vicibus  
per annum esse faciendas, ac non nisi ma-  
sculos ad eas teneri. Cunctæ hæ pro-  
positiones in quadam Parochiali Eccle-  
sia Stampæ in suburbio ad populum di-  
vulgabantur; unde cum Parochus hac  
super re apud Facultatem conquerere-  
tur, eadem ad illius preces permota, ean-  
dem animi sui sententiam, quam tot aliis  
occasionibus persæpe manifestabat, rur-  
sum innovavit.

§. XC.